Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Matthaeus Marci

Viri Clarissimi M. Samuelis Bohl Grammatica Hebraea : exhibens Praeter Generalia Principia, Et Communes Partes Orationis Consecutionem Accentuum In Libris Tam Prosis (ceu vocantur) Quam Metricis Ut et Veram Naturalem Et Generalem Syntaxin. Et Alias Speciales Observationes

Rostochi[i]: Hallervordius: Mederus, 1638

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363

Druck Freier Zugang

Ic
1881.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0001
DFG

14.2.

(Ic – 1881. <R>

I, 13.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0004
DFG

VIRI CLARISSIMI

M. SAMUELIS BOHL

GRAMMATICA HEBRÆA

exhibens

Præter GENERALIA PRINCIPIA, ET COMMUNES PARTES ORATIONIS

CONSECUTIONEM ACCENTUUM

IN LIBRIS TAM PROSIS (ceu vocantur) QUAM METRICIS

Ut et

VERAM NATURALEM ET GENERALEM SYNTAXIN, ET ALIAS SPECIALES OBSERVATIONES,

in Tabulas redacta & publicata

a

MATTHÆO MARCI Colberg. Pomerano.
S. S. Theolog. Studioso.

Ex Bibliotheca Academica Rostochiensi

ROSTOCHI,
JOHANNIS HALLERVORDII BIBLIOPOLÆ SUMPTIBUS.

Litteris MICHAELIS MEDERI, *Anno* M. DC. XXXVIII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0005
DFG

ILLUSTRISSIMIS ac CELSISSIMIS PRINCIPIBUS ET DOMINIS,

DNO CHRISTIANO
DNO CAROLO
} Ducibus Megapolitanis, Principibus vetustæ gentis Henetæ, Comitibus Swerini, Dynastis Rostochii & Stargardiæ. *Dominis meis clementissimis.*

Quanta sit, Illustrissimi Principes, *accuratissimæ cognitionis L. Hebraicæ, non dicam, utilitas, sed inevitabilis necessitas, illi demum experiuntur, qui pro conscientiæ suæ dictamine Scripturam Canonicam V. T. recte explicare præsumunt. Nunquam nostræ Ecclesiæ defuerunt Viri, qui hac luce tenebras irruentes felicissimè quovis tempore propulsarunt; defuerunt autẽ sæpè, qui illis semotis adhiberi potuerunt: non quasi nõ substituti essent virus viri, sed accuratissimis explicatoribus Scripturæ S. explicatores: Non quasi non fuissent qui puritatem conservassent, sed qui eandem fecissent magis limpidam & splendentem. Unde sæpè quod alii invenerunt, alii, paucis mutatis, pro suo invento venditarunt, & ipsimet existentes desides, aliorum tantum fruiti sunt laboribus. Hæc quidem â me non ideo dicta esse accipiantur, quasi aliorum laboribus frui non liceat, commodius enim esset, ut illi, qui ingenio & dexteritate, & veræ scientiæ fundamento carent, ad certos quosdam, pro ratione status sui, Authores ablegarentur, ne, dum ipsi nova comminisci volunt, deliria tantum ex insano depromant capite. Sed hoc tantum intendo, ut ii qui præ aliis instructi sunt mediis ad Scripturæ S. interpretationem necessariis, laboribus suorum Prædecessorum non sint contenti, sed potius iisdem lucubrationes suas addant, ab iis attextam telam pertexant, & ad felicissimum exitum perducant, quo illa quæ hactenus forsan obscura visa sunt, magis elucescant. Si verò in explicatione scripturæ (nam de eo eruditionis genere mihi tantum est sermo) major lux inferri, & semel bene introducta, ne extinguatur, conservari debeat, Linguæ Hebrææ cognitione omnino opus erit. Dum autem linguam Hebræam nomino, non respicio ad semiobularem ejusdem cognitionem, juxta quam radices extrahere, magnum est, textum Hebraicum cum interlineari versione legere, miraculum, & una vel altera voce Hebraica immixtâ superbire posse, divinum est; hâc enim licet quis imbutus sit, nihilominus tamen alienis oculis videre, & semper dubius hærere cogitur: Sed eam intelligo, quâ doctus Scripturam Sacram rectè vertere, recte versam defendere, & rectè defensam demonstratione & firmâ ratione munire novit. Hæc autem quam necessaria sit in præsenti seculo eruditissimo, verbis vix ac ne vix quidem exprimi potest. Hæretici enim his annis id unicè egerunt, ut Linguæ Sanctæ & Philosophiæ studium excolentes, quæ â nostris piè dicta erant, destruerent, magnumq; sibi applausum conciliarent, adeo quidem, ut & ex ipsis Pontificiis surrexerint excellentissimi interpretes, è quorum numero si nominarem* Menochium Esthiũ & Sanctiũ; *quivis facile mihi adstipularetur: Maxima itaq; efflagitat necessitas, ut & nos linguam hanc nobis ita reddamus familiarem, ne adversarios nobis palmam præripere patiamur. Quemadmodum autem sine Grammaticâ nullam linguam addiscere possumus, ita etiam sine eâdem frustra sanctæ hujus Linguæ cognitio speranda est, præsertim cum Spiritus S. ita se se astrinxerit Grammaticalibus Regulis, ut contra easdem in tota Scripturâ S. nihil occurrere, certissimus sim; omnes ergo nervi erunt intendendi, ut ea rectissime proponatur, ne fundamento male locato, omne quod superstruitur corruat. Illud vero hactenus in vestra, Illustrissimi Principes, Academiâ factum esse notorium est, adeo, ut merito ambigam in hac Academiâ â primâ ejusdem fundatione tot studiosos vixisse, qui textum authenticum ipsimet legere & scrutari potuerint, quam quot per Dei gratiã hodie in eâdẽ inveniuntur. Cathedræ his annis factæ sunt Hebraicæ, Moses & Prophetæ suâ linguâ prose contra obloquẽtes publicè disputarunt. Nova audita est Apodixis, tam positus vocum, quam ministerii sensus ex Accentibus; adeò ut si hæc & talia ita continuentur, Judæos in Jerusalem & Rabbinos in Synagogis in propriâ lingua informandos & reformandos esse, nullum sit dubium. Quod dum magno fervore & felici conatu præstitit* Clarissimus Dn. *M. BOHL,* Lingu: Sanct: propagator solertissimus, Præceptor meus, dum vivo, honorandus; *mearum partium esse putavi, ut dum ille Apodixi dandæ insudaret, ego propediem divulgandæ Grammaticæ incumberem; Percepi enim non tantum hic Rostochii, sed etiam alibi non sine maximo desiderio efflagitari ejusdem publicationem. Quã cum ob certas rationes, præsertim Apodixin, Script. S. concernentes,* Bohlius *recusavit, urgeor ego ipso quasi invito, â bibliopolâ, ut & aliis sat multis, ut huic labori manum admoveam. Quamvis autem non ignarus sim, quod plures conscriptæ extent Grammaticæ, quam forsan requirerentur ad tegendum universum Varnum; quod procul dubio etiam Bohlium deterruit, cujus principium tale est; quod* pessima etiam Grammatica Tyroni hujus Linguæ sufficiat, modo ea rectè propinetur & imbibatur, *unde maxime dissuadet alterâ relictâ alteram amplecti; Suscepi tamen in me (ipso Autore consentiente) onus hanc etiam Grammaticam in lucem emittendi, præsertim cum deprehenderim in eâ (quod tamen citra jactantiam dictum volo) eas inveniri regulas, eas regularum rationes, quas alibi perpetuo inveniri vix credo. Ut taceam, sufficienter in eâdem proponi Consecutionem Accentuum & Idiotismum linguæ. Si autem fortè adhuc quid deesse putetur, existimo illud inserendum esse Apodixi; Cognovi enim ne unicum apicem specialiter mutatum esse, cujus accuratissima ratio nobis non debeat esse cognita. Præterea etiam vidi â multis in hac Academiâ Grammaticam hanc teri, ab aliquot etiam Magistris in privatis collegiis prælegi. Studui ergo (non sine labore) ut eandem in Tabulas redigerem, ac ita redactam luci exponerem, quò non modo inservirem illis, qui eam nondum viderunt, ejusdemq; divulgationem hactenus summopere expetiverunt, sed & præsertim iis, qui illam manu descriptam secum habent, eandemq; partim ab Autore, partim ab alius Magistris prælectam audiverunt. Et licuti communis experientia condocefacit, quod res in Tabulis (uti vocant) propositæ facilius percipi ac imbibi queant, ita hanc etiam Grammaticam in Tabulis hisce facilimo negotio memoriæ imprimi posse, ac propterea cuivis non ingratam fore, omnino confido.*

Vestro autem Augustiss: Nomini, Principes Illustrissimi, Tabulas hasce Grammaticales *humillimè inscribere volui, nullus dubitans, quin eæ VV. CC. acceptæ futuræ sint, non quidem propter meam tenuitatem, neq; ob eum, â quo eæ principaliter proficiscuntur, (qui licet in multorum oculis pretiosus sit, multis tamen exosus est factus, forsan cum non tantum suos discipulos sed & alios, quamvis gradu diverso, indoctos faciat) Verum ob ipsam materiam quam tractant, & Linguam S. cujus fundamenta proponunt. Quam ut etiam* vos *promoveatis, vestra jubet pietas & religio. Gratiosis ergo oculis, Domini clementissimi, has chartas respicite, meq; & mea studia vestra clementiâ & Ducali gratiâ prosequimini.*

Exaltet Vos nomen Dei Jacob, mittat auxilium suum vobis ex Zion Deus Israelis, memor sit omnium subditorum vestrorum pro vobis supplicationum, & è sanctuario suo vos fulciat. *Scribebam Rostoch. Dominicâ Palmarum Anno* 1638.

Illustriss. V. V. C. C.

Humillimus servus

MATTHÆUS MARCI,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0006
DFG

TABULA GENERALIS
EXHIBENS SERIEM LIBRORUM ET CAPITUM.

- GRAMMATICA HEBRÆA absolvitur duobus libris:
  - PRIOR. agit de ETYMOLOGIA. & dividitur in partes
    - GENERALEM quæ continet
      - I. CONSONANTES Cap. I.
      - II. VOCALES Cap. II.
      - III. SYLLABAM, & ejus accidentia Cap. III.
      - IV. ACCENTUS Cap. IV.
    - SPECIALEM quæ exhibet
      - I. PARTES ORATIONIS quæ sunt
        - VERBUM cujus notatur,
          - ANALOGIA Cap V.
          - ANOMALIA Cap. VI.
        - NOMEN Cap. VII.
        - PRONOMEN Cap. VIII.
        - PARTICULÆ Cap. IX.
      - II. FIGURAS GRAMMATICAS. Cap. X.
  - POSTERIOR agit de SYNTAXI; & comprehendit
    - REGIMEN quod duplex est nimirum
      - CONSTRUCTIONIS: Cap. I.
      - AFFIXIONIS Cap. II.
    - IDIOTISMUM LINGUÆ Cap. III.

Sequuntur TABULÆ SPECIALES, exhibentes Capitum Membra, & Membrorum paragraphos.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0007
DFG

CAPUT PRIMUM agit.

I. Generaliter de LECTIONE (Membr. I.) quæ absolvitur

1. CONSONANTIBUS, (§.1.) quæ sunt: אבגדהוזחטיכלמנסעפצקרשת (§.2.)

2. VOCALIBUS, quæ distinguuntur in
- quinq; magnas, quæ sunt אָ אֵ אִ אוֹ אוּ
- quinq; parvas, quæ sunt אַ אֶ אֱ אֲ אֳ (§.3.)

3. MINISTRO (seu Scheva) cujus notetur
1. OFFICIUM; quod est, trahere literam, sub qua stat, vel ad præcedentem vel ad sequentem Syllabam. Hinc etiam planè non venit in numerum Vocalium, neq; legitur, sed tantum habet tendentiam ad lectionem (§.4.)
2. ANOMALIA, quando in fine dictionis sub עחה post quatuor ultimas Vocales magnas loco Scheva subintellecti ponitur pa- (tach furtivum, quod ante Consonantem quasi profertur e.g. קוֹחַ
3. COMPOSITIO quæ fit per ־ per ֵ per ֶ et est Chatephbatach, Catephsegol, Chatephcamets (§.5.)

I. SCRIPTIO (Membr II. §.1.) quæ supra est exhibita. Hoc loco de ea notetur
1. Regula, quod omnes literæ sint scribendæ æquali longitudine, præter קיל (§.2.)
2. Usus ejusdem, in Masora Textuali (§.3.)

II. FORMÆ MUTATIO, quæ fit ob finem in literis כמנפצ, quæ in fine ita scribuntur: ךמןפץ (§.4.)

III. FORMÆ DILATATIO, cui ob complendam lineam subjacent hæ literæ אהלמת, ita dilatari solitæ אהלמת (§.5.)

IV. PRONUNCIATIO (Memb III.) quæ consideratur ratione Instrumenti cujus ope profertur. (§.1.) Notanda ergo veniunt

1. IPSA INSTRUMENTA (§.2.) quæ sunt Guttur, Labia, Palatum, Dentes, Lingua; quorum literæ sunt אהחע (§.3.) בומפ (§.4.) גיכק (§.5.) דטלנת (§.6.) זסצרש (§.7.)

2. INSTRUMENTORUM QUORUNDAM MIXTIO Linguæ scilicet & palati in literis dentalibus & lingualibus, quæ arctissima affinitate inter se conjunctæ sunt, & ope palati etiam extra proprium & adæquatum Instrumentum proferuntur. Unde etiam apud Latinos Hebraistas vocari solebant Linguapalatinæ (§.8.)

3. LITERARUM UNIUS INSTRUMENTI PERMUTATIO seu alternatio; tam in ipsa Linguâ, quam in reductione ad aliam, quæ etiam specialiter competit dentalibus & lingualibus quasi essent literæ unius Instrumenti e.g. Hebr. שׁור Ch. תּור (§.9.)

V. MOTUS & QUIES. (Membr. IV.) Sunt enim consonantes

1. MOBILES (§.1.)
1. APPELLATIONIS RATIO. Dicuntur enim quiescentes, non quod semper quiescant, sed quod possint quiescere (§.2.)
2. QUIETIS DESCRIPTIO. Ubi sciendum, quod litera dicatur quiescere, quando Scheva, per quod ad præcedentem Syllabam attrahi posset, repsuit, vel Vocalem propriam pro lubitu amittit. e.g. בראשית (§.3.)

Ubi quiescant nempe
- non in initio Ibi enim sunt vere mobiles (§.4.)
- sed in fine & medio.

3. CERTA QUIETIS DETERMINATIO. quæ docet.
- in medio post quatuor priores Vocales magnas, & duas priores parvas e.g. פָּלָא (§.5.) &c. בָּאתִי
- in fine post omnes Vocales magnas et Segol e.g.

1. De א quod
- quiescat
- non quiescat ante aliam Vocalem (§.6.) Unde observandum
  - de patach, si ratione formationis præcedere debeat, quod mutetur in camets, בְּרָא pro בְּרַא
  - de Scheva expresso in fine ante א occurrente, quod stet loco Segol per quod sequens א debet moveri e.g. חֲטָא pro חֲטַא

2. De ה quod
- quiescat
  - non in medio
  - sed in fine tantum & quidem post camets, tsere, cholem, segol, e.g. אֲגָלָה בָּלָה
- non occurrat post alias Vocales Unde si ratione formationis præcedat sbirek magnum vel schurek, mutatur in joth, & præcedente chirek, ex duobus joth fit unum e.g. גָּלוּי pro גָּלוֹה (§.7.)

Quomodo, vel quibusnã præcedẽtibus Vocalibus quiescant Ubi sciendum

3. De ו quod quiescat post Cholem & Schurek. Ubi simul nota
1. de kybbuts ante ו, quod sit legendum ut Schurek, vel plane (abjiciendum e.g. יָקוּמוּ
2. de kamets parvo ante ו, quod sit legẽdũ ut cholẽ לְשׁוָאוֹל
3. de chirek ante ו, quod notet, ו esse י prolongatum e.g. הָוֹא pro הִיא (§.8.)

4. De י quod
1. tantum quiescat in chirek, tsere, & segol, item, kamets, quando immediate (te sequitur י e.g. עֵינָיו וּבָרָיו
2. præcedente scheva, vel sit abjiciendum, vel dicendum, appositum esse more Syrorum. præsertim in secundâ fœminina, Præteriti e.g. אָתִי (תּ e.g. גּוֹי (§.10.) pro שָׁמְתִּי (§.9.)
3. vere moveatur post schureck & cholem, quatenus nimirum occupat vices

4. SPECIALES quædam Nota.
1. de quiete implicita quando litera quiescens non expresse scribitur, Vocalis tamen homogenea ex formâ vocis satis de quiescente testatur e.g. עֵינָו pro עֵינָיו (§.11.)
2. de quiescentium abundantiâ, ita nobis visâ, quando posi Vocalem magnam sine necessitate nobis cognita, quiescens appropriata reperitur. e.g. קָם pro קָאם (§.12.)
3. de quiescentium facilimâ inter se permutatione seu alternatione, cujus causa procul dubio residebit in distinctione e.g. נָשׁוּ pro נָשׁוֹא (§.13.)
4. de diphthongescentiâ literarum ו & י, juxta quam vere moventur עֲשָׂו עֵינַי (§.14.)
5. de quiete mediatâ, quando tales literæ mediantibus aliis quiescunt e.g. נֵיא (§.15.)
6. de quiete impropriâ literæ שׁ in voce יִשָּׁכֵר (§.16.)

Specialiter de CONSONANTIBUS. In quibus observanda sunt sex.

1. SEORSIM ubi videndæ,

RADICALES de quibus notetur
1. Quænã sint, nimirũ, quæ perfectæ Voci superaddi non possunt, qu: s: נרזחטסעפצקר (§.2.)
2. Quotnam occurrant in qualibet dictione, nimirum tres, (§.3.) eæq;
- vel explicitè quando in perfectis vocibus sensibus exponuntur (§.4.
- vel implicitè videlicet in iis Verbis, in quibus quædam radicalis est abjecta. e.g. יִתֵּן à R. נָתַן (§.5.)

Serviles, quæ (nõ semper serviunt sed) servire ie. perfectæ voci superaddi possunt, & sunt reliquæ omnes (§.6.) Notetur a. de iis quod sint duplices, videlicet
- Essentiales sine quibus vox non potest esse quæ est e.g. אָפְקֹר
- Extra essentiales sine quibus vox esse potest, quæ est לְפָקֹר

VI. OFFICIUM. (Membr. VI.) Cujus ratione Consonantes sunt vel Radicales vel Serviles, (§.1.) quæ considerantur,

2. CONJUNCTIM Ubi notetur.

1. GENERALIS Regula, quod serviles possint fieri radicales, non vero radicales possint fieri serviles (§.7.)

2. RADICALIUM & SERVILIUM CONNEXIO, quæ fit per Scheva (e.g. נִפְקֹר) Ubi notetur.
- accipiat Scheva, Expressum cum eadem nullis involvitur accidentibus. e.g. פְּקֹר (§.10.)
- de prima radicali quod (§.9.) idque vel
  - Subintellectum, quando ea post servilem vocali parva insignitam habet dagesch & vocalem e. g. יִפֻּקֹר
  - (§.11.) Quia enim dagesch forte duplicat literam, erit יִפְּקֹר (forte e.g. נִפְקֹר (§.12.)
- non accipiat Scheva, quando secunda radicalis habet dagesch

VII. ROBUR. (Membr. V.) Quod exhibet Tabula sequens.

de litera servili
1. Quod mutet Scheva in vocalem parvam, quando prima radicalis habet Scheva, e.g. יִפְקֹר (§.13.)
2. Quod in certis casibus accipiat camets vel tsere vel schurek vel cholem. Nimirum, quando numerus radicalium est implicitus e.g. יָקוּם (§.14.)

- ROBUR (de quo agitur Memb. V) Consonantibus additur
  - Seorsim & quidē
  - Conjunctim Ubi notatur utrius q̄
    - I. PER DAGESCH, (§ 1.) quod est punctum ventri literarum insertum (§ 2.) Est autem vel Forte vel Lene, De utrog agitur.
      - 1. Descriptio, respectu sedis & officij, quod nimirum
        - Forte possit esse in omnibus literis (extra gutturales & ר) quas duplicat (§. 3.)
        - Lene autem tantum inveniatur in literis בגרכפת & (juxta Veteres) in certis casibus implicitè in Resch, à quibus aspirationem tollit. Cui (scil. Leni) opponitur virgula Raphe, - scribi solita in superficiebus literarum בגרכפת e. g. תִּרְצַח (§ 5.)
      - 2. Distinctio, quæ consistit in eo, quod
        - Forte nunquam occurrat post scheva, neq; ab initio, nisi præcedat litera quiescens.
        - Lene nunquam inveniatur post Vocalem, (nisi forsan in Vocibus אַתְּ & בָּתִּים) & semper ab initio, nisi præcedente quiescente, (§. 6.)
      - I. DE DAGESCH LENI, de quo sciendum, quod ponatur in literis בגרכפת
        - Ab initio
          - 1. non præcedente literâ quiescente (§. 7.)
            - 1. quando litera actu non quiescit. Et ita diphthongescentes nihil hic impediunt aut promovent, e. g. הַרְכֵּי בְנָלוֹת (§. 7.) Unde & post Nomen יהוה in literis בגרכפת occurrit dagesch Lene, quatenus legendum אֲדֹנָי (§. 8.)
            - 2. quando quiescens notata est accentu regio, e. g. וַיְהִי בַּיָּמִים (§. 9.)
            - 3. quando quiescens post se habet, vel eandem, vel cognatam, i. e. ejusdem organi literam, e. g. וַיְהִי בְּבֹאָם (§. 9.) Ubi simul duo nota.
              - 1. quod Kimchius quædam loca excipiat nim. ex 1. Sam. 10 5. Psal. 142. 17. Job. 33. 7. quibus duo addit quæ à Masoretis non sunt notata, videlicet Gen. 40 10. Zach. 2. 14.
              - 2. quod בכ, בר, כר hoc privilegio non gaudeant, e. g. וְיִהְיֶה בְּפֶלַח (§. 10.) quo etiam pertinent בר בפ e. g. אוֹ בְרַל
            - 4. quando ipsa litera prima, tertia facta, raphatur, e. g. וְשַׁמְתִּי כַּרְכֹּר
            - 5. quando prima litera habet Regem (i. e. explicante R. Aschenazj, vocalem) e. g. וְהָיְתָה בָּבֶל

          Aliæ notæ, certæ quidem, at visæ intricatæ hic omittuntur.
        - In medio & quidem
          - Communiter post scheva stans post vocalem parvam, aut longam cum accentu, e. g. עַבְדִּי, יָכֹלְתִּי (§. 11.) Quod tamen accipiendum conditionaliter, nimirum, nisi præcedens scheva
            - 1. natum sit ex ־ vel ‥ vel ׃ Imperativi aut Infinitivi e. g. עִמְרִי, מַלְכִי (§. 12.)
            - 2. causa sit, quod præcedens scheva compositum mutatum sit in vocalem parvam, e. g. נַעֲמָרָה (§. 13.)
            - 3. tantum ab accedentem servilem extra essentialem dicatur trahi ad præcedentem syllabam, cum alias initiale existens ad sequentem trahendum erat, e. g. לְנִבוֹל (§. 14.)
            - 4. habeat post se literam paragogicam, ן vel ר vel syllabam וֹת non intercedente ר e. g. נַלְרוֹת (§. 15.)
          - Specialiter in voce שְׁתַּיִם (§. 16.)
        - In fine nimirum
          - post scheva, stans post vocalem parvam, aut ei homogeneam, e. g. פָּקְדָתָּ (§. 17.)
          - post patach vicarium stans loco scheva, in eodem casu, e. g. שָׂמַחְתָּ (§. 18.)
      - II. DE DAGESCH FORTI, Cujus observād.
        - 1. Divisio In
          - CHARACTERISTICUM, quod certam formam vocis indicat, (§. 20.) Estq; vel
            - in secunda radicali, & ita denotat Conjugationem secundam. & Nomina ex eâ formata, e. g. רַתּוּק פֶּקֶר (§. 21.)
            - in primâ radicali vel ei præfixâ servili (§. 22.) & ita est
              - 1. Relativū, quod occurrit post הַ aut שֶׁ vel שַׁ e. g. שֶׁשָּׁז פַּחְנִי (§. 23.)
              - 2. Articulare, quod invenitur post הַ, aut (extruso ה) post particulas quasdam inseparabiles patachatas, e. g. כַּשֶּׂלֶג הַגְּבָעוֹת (§. 24) Distinguitur à Relativo ex contextu, & expositu vocum. (§ 25.)
              - 3. Emphaticum seu demonstrativum, quod itidem invenitur post הַ, distingvitur autem ex contextu, imprimis ex repetitione (§ 26.)
              - 4. Conversivum, quod imponitur literis, ב, ת, י post ו conversivū e. g. וַיִּתֵּן (§. 27.)
          - COMPENSATIVUM quod compensat literam abjectam, e. g. הַגִּיר pro הִנְגִּיר (§. 28.)
          - EUPHONICUM melioris soni gratia impressum (§. 29.) quod occurrit.
            - ab initio in certis casibus [§. 30.] videlicet
              - 1. ob רָחִיק, quando virgula Maccaph habet ante se
                - Vocem terminatam ה quiescente post ־ & ׃ e. g. אֲעֲשֶׂה־לָּךְ (§. 31.)
                - Pronomen מַה e. g. מַה־זֹּאת In qua voce aliquando ה abjicitur e. g. מַתְּלָאָה (§. 32.)
              - 2. ob אָתָא מֵרָחִיק quando in dictione terminata ה radicali post (׃) aut servili post ־ & habente post se dictionem monosyllabam, vel dissyllabam penacutam, accentus est in penultimâ, e. g. עֲשֵׂה כֹּל (§. 33.)
              - 3. (Quamvis non adeo frequenter) quando post alias Vocales præter ה sequitur monosyllaba, vel dissyllaba penacuta, & accentus est in penultima, e. g. קִימוּ צְאוּ (§. 34.)
              - 4. Quando Vocem habentem accentum in ultima, insequitur alia dictio, itidem habens accentum in ultimâ, e. g. אֶל־מֹשֶׁה לֵאמֹר (§. 35.)
            - In medio (§. 36.) videlicet
              - 1. in litera schevatâ præcedente Vocali parva, e. g. מְקֻדָּשׁ
              - 2. post vocalem longam ex scheva natam, e. g. חָרְלוּ pro חָדְלוּ
              - 3. ex resolutione vocalis magnæ, גְּמַלִּים pro גְּמָלִים
          - POTENTIALE cujus notanda venit
            - 1. Sedes quæ est
              - in litera tertia, cujus secunda similiū est abjecta, e. g. קָל pro קָלַל
              - in Joth, quod locum literæ ה occupavit, præcedente chirek magno, e. g. נָקִי (§. 38)
            - 2. Expressa scriptio, Ubi observandum quod hoc dagesch
              - vere se exserat, quando litera, in qua latet, accipit vocalem, aut scheva expressum, e. g. סַבּוּ, סַבּוּ (§. 28.)
              - videatur se exseruisse in voce אַתְּ, De quo consulatur author.
        - 2. Abjectio, quæ fit Euphoniæ gratiâ
          - 1. propter Meteg, e. g. חָלְלוּ pro חָלָלוּ
          - 2. propter resolutionem vocalis parvæ & dagesch, e. g. יִתְפְּקְדוּ pro יִתְפַּקְדוּ (§. 37.)
  - II. Per MAPPIK, punctum ventri literæ ה insertum Notetur autem ejus sedes quod
    - sit tantummodo in litera ה, quam à quiete liberat, e. g. אֱלֹהַּ (§. 40.) Unde etiam efficitur quando illa litera accipit vocalem propriam. e. g. אֱלֹהִים (§. 41.)
    - non sit in litera Joth, nam punctum quod in ea conspici solet, est dagesch forte, e. g. גְּנֻבָּה

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0009
DFG

CAP. II. agit de VOCALIBUS, quarum theoria est duplex.

GENERALIS. *Prout de illis actum fuit Cap. I. Memb. 1. Quo etiam Lectorem remittit Membrum I. hujus Capitis.*

SPECIALIS, *prout præcipuè in hoc Capite considerantur* & ita accidunt iis quatuor.

I. QUALITAS. (Memb. II.) *Juxta quam sunt vel* PERFECTÆ *vel* IMPERFECTÆ (§. 2.) *ubi notetur*

1. De Perfectis, *quod sint quinq; illæ magnæ, quæ cum unâ Consonante etiam sine accentu & dageſch forti, sine sequenti ſcheva, possunt constituere syllabam. e.g.* מָנָה (§. 3)

2. De Impefectis, *quod sint quinq; parvæ, quæ sine ſcheva & duabus Consonantibus, sine accentu, vel dageſch forti non constituunt syllabam, e.g.* שִׁבֶּר נֶפֶשׁ (§. 4.)

3. De perfectis & imperfectis simul, *quod ob accentum Vocales parvæ fiant perfectæ, magnæ autem imperfectæ, e.g.* קְטֹן (§. 5.)

II. FORMA, (Memb. III.) *quæ est satis manifesta (§. 1.) Notanda tamen venit h. l. distinctio quarundam vocalium, quarum forma videtur esse eadem. Sunt autem illæ*

1 Kamets magnum ׳ & Kametsparvum ׳ (§. 2.) quæ distinguuntur.

1. ex syllabarum constitutione, *nam*

Kamets magnum semper absolvit syllabam, *ideoq; si occurrat*

Kamets parvum non absolvit syllabam, *sed post se habet dageſch forte, vel ſcheva sine accentu, e.g.* קָדְשִׁי רָנוּ (§. 3.)

ante dageſch forte, *habet accentum tonicum, e.g.* יָמָּה

ante ſcheva, *habet Meteg euphonicum, e.g.* פָּקְדוּ (§. 4.) *Ubi simul nota quod etiam* kametsparvum *in certis casibus habeat Meteg. nimirum.*

1. *quando sequitur chatephkamets, e.g.* וְחַלִּי (*modo kamets non sit natũ ex dageſch forti & vocali parvâ, tunc enim est kamets magnum, e.g.* הָאֲנִי *ex* אֲנִי (§. 5.)

2. *quando sequitur kametschatuph natum ex chatephkamets ob sequens ſcheva expressum, e.g.* מָאסְכֶם *pro* מָאְסְכֶם (§. 6.)

2. ex ſcriptionis variatione, *quia kametsparvum, etiam aliquando ita pingitur* ׳: *ut eandem habeat formam cum chatephkamets. Et hoc fit indifferenter, ex ceptis duobus casibus, in quibus non* ׳: *ſed* ׳ *ſcribitur, nimirum*

1. *quando sequitur chatephkamets, e.g.* מָאְסֶם *non* מָאָסֶם

2. *quando ipſum* ׳ *in fine vocis ob* ו *conversivum ponendum fuit, e.g.* וַיִּקְקֹם *non* וַיִּקֹּם (§. 7.)

2. Chirek magnum & chirek parvum, *nam chirek magnum induit quandoq; formam chireck parvi, ita tamen ut maneat verè magnum.* Distinctio petenda est.

1. Ex naturâ & definitione Vocalium magnarum & parvarum, *e.g.* הִצַּנְנִי

2. Ex analogâ flexione & punctorum mutatione, *e.g.* הַפְקִירוּ *pro* הִפְקִירוּ

3. Ex sequenti dageſch forti, *quod nunquam est post chirek magnum, e.g.* הַחִתָּתָ

4. Ex sequenti ſcheva, *quod itidem nunquam reperitur ante chirek magnum, e.g.* פָּרְשְׂכֶם (§. 8.)

3. Schurek & Rybbuts. *quia*

Schurek quandoq; induit formam ׳ Rybbuts, *& tamen revera est ſchurek (§. 9.)* Distinctionis rationem ſuppeditat.

1. analoga vocis flexio, *e.g.* יָקוּמוּ *ex* יָקוֹם

2. Vocalium natura, *e.g.* שֶׁעָלִים (§. 10.)

Kybbuts *econtrà* induit formam ׳ Schureck. Distinctio petitur ex naturâ & robore vocalium, *e.g.* מָעוֹזִים *pro* מָעֻזִּים (§. 11.)

III. ALTERNATIO (*Memb. IV*) *quæ duplex est (§. 1.)*

1. USUALIS *quâ indifferenter (ceu videtur) Vocalis pro Vocali ponitur.* Juxta hanc alternant

1. Chireck magnum & tſere *in Futuro 2. Conjugationis tertiæ, e.g.* יַפְקִיד & יַפְקֵד (§. 2.)

2. Patach & tſere
- *in ſecunda & tertia conjugatione activa.*
- *in primâ passivâ, e.g.* תְּשָׁבַר & תְּשָׁבֵר (§. 3.)
- *in primâ activâ. e.g.* נַשׂ & נֵשׂ *sic* יֹאמַר & יֹאמֵר (§. 4.)

3. Schurek & Cholem, *quæ tamen tantummodo dicuntur alternare, (§. 5.)*

4. Kametsparvum & Kybbuts.
- 1. *sub charactere Conjugationis 3. passivæ, e.g.* הָפְקַד & הֻפְקַד
- 2. *quando cholem mutandum est in Vocalem parvam, sic dico* עָזִּי & עֻזִּי *ab* עֹז (§. 6.)

5. Kametschatuph & cholem. *Exemplum ſolet proponi in voce* מְשֻׁכּוֹ, quæ etiam in alia formâ legitur מָשְׁכוּ (§. 7.)

6. Patach & Chirek parvum, *præsertim ob dageſch forte se exserens, e.g.* בְּתוֹ & בַּתוֹ (§. 8.)

Et hæc alternatio suâ non caret ratione

2. NECESSARIA Juxta quam necessariò ponitur

1. pro Chirek magno, tſere *quando sequitur dageſch potentiale, e.g.* הֵקֵל *pro* הֵקִיל (§. 9.)

2. pro Patach, Segol *quando patach ponendum erat ante gutturales Kametzatas vel chatephkamets habentes, e.g.* לֶהָבָה *pro* לַהֲבָה (§. 10.)

3. pro Segol, Patach *sub & ante literas* ה ח ע *quotiescunq; dictionis naturâ paroxytinæ finem vel occupant, vel immediatè præcedunt, e.g.* נֶחַל *pro* נָחַל (§. 11.) Ubi obiter notand. quod Wejamejerus excipiat

tria, *quæ segol retinent & patach respuunt nimirum* לֶחֶם בֶּטֶן אֶהֶל

unum, *quod utramq; formam admittit, videlicet* רֶחֶם & רַחֶם (§. 12.)

4. pro Segol, Kamets, *in unicâ Voce* אֶרֶץ *quando præponitur* ה *articulare. Dico enim* הָאָרֶץ (§. 13.)

5. pro Patach, tſere, *in iis Verbis quæ in Futuro primo & secundo primam radicalem abjiciunt, e.g.* שֵׁב *pro* שַׁב (§. 14.)

3. EUPHONICA, *Juxta quam alternant*

1. Segol & Scheva, *e.g.* חֶטְאָ חֶטְאִ (§. 15.)

2. Chirek & patach & quidem
- *vel* libere *nimirum in generalibus.*
- *vel necessariò*
  - 1. *in vocibus specialibus, e.g.* תְּהַלֵּךְ *& in hoc casu chireck semper appositum habet Meteg.*
  - 2. *ante affixa, e.g.* יְלַדְתִּיךְ *pro* יְלַדְתִּיךָ (§. 16.)

3. Patach & Segol, *Dico enim* שְׁאֶלְתֶּם & שְׁאַלְתֶּם (§. 17.)

IV. MUTATIO, (*Memb. V.*) *De qua vid. Tabul. seq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0010
DFG

MUTATIO VOCALIUM, (Memb. IV.) duplex est

Impropria, quando ob certa accidentia Vocalis mutatur in aliam Vocalem (§. 1.) Specialiter autem hæc mutatio instituitur.

1. Ob dageſch potentiale ſe exſerens, & ita camets, tſere, cholem, *exiſtentes ante tale dageſch, mutantur in oppoſitas parvas, nimirum* ׳ ׃ ֑ *in* - . ׇ *e.g.* שַׁבַּי, קָנִי, תָּמִים (§. 2.)

2. Ob ſubſequens ſcheva, *& ſic huic mutationi ſubjacet*:

1. Chirek magnum, *ubi tamen diverſa eſt ratio chirek puri & impuri, nam*
   - *purum mutatur in hoc caſu* *in patach ſc. in Præterito, e.g.* הִפְקַדְתִּי *pro* הִפְקִידְתִּי
     in tſere, ſc. in Futuro, e.g. תַּפְקֵדְנָה *pro* תַּפְקִידְנָה (§. 3.)
   - *impurum, ne mutetur, ſubſequens ſcheva mutat in cholem, e.g.* הַקְיֹמֹתִי *pro* הַקִּימֹתִי (§. 4.)
2. Tſere proprium *in Præterito, quod in patach mutatur, e.g.* פֵּקַדְתִּי *pro* פָּקַדְתִּי (§. 5.)
3. Schurek verborum, *quod in ſegol mutatur, aut, (ſi manere velit) mutat ſcheva in ſegol præcedente kamets, e.g.* תָּשׁוּבְנָה *vel* תְּשֻׁבְנָה (§. 7.) *Huic Schurek in poſteriori caſu* — *ſimile eſt Joth impurum, quod etiam in Futuro utroq; mutat : in ׳ præced.: e.g.* תְּבִיאֵנָה *contrariatur tſere, loco chirek magni poſitū, hoc enim ſimpliciter manet, e.g.* תָּשֻׁבְנָה (§. 8.) — *Et hujus mutationis ratio philologo debeat cognita eſſe.*

3. Ob accentum ex ultima ad penultimam retractum, *& ita mutantur* Cholem, Tſere *in* Kametsparvum, Segol — *etiamſi in fine ob, ו converſivum ex chirek magno, ſchurek nata ſint, e.g.* וַיָּקָם *pro* וַיָּקֹם וַיֹּאמֶר *pro* וַיֹּאמֶר (§. 6)

4. Ob accentum deſcendentem, *& hac ratione mutatur* cholem penultimæ Syllabæ:
   - *in Kametsparvum, quando ſequens Segol accipit Scheva, e.g.* קָדְשִׁי *pro* קָדֹשִׁי
   - *in Scheva, quando ſequens Segol mutatum eſt in Camets (quod in plurali fieri debet;) e.g.* קָדְשִׁים (§. 9.)

5. Ob defectum imponendi dageſch:

1. Characteriſtici, *& hanc quidem ob cauſam ſolent mutari* Camets, Tſere & Cholem *in oppoſitas parvas*
   - 1. ante Reſch, *e.g.* בְּרֶךְ *ſic* מְבֹרָךְ *&c.* (§. 10.)
   - 2. ante gutturales, *ubi tamen maximum obſervandum eſt diſcrimen, nam*
     1. ח & ה *talem mutationem præcedentium vocalium, ſeu compenſationem abjecti dageſch, plane non admittunt, e.g* שָׁחַת (§. 11.
     2. א & ע *admittunt eam tantummodo in certis verbis, nim. in*
        - *Sex* verbis toraliter, *qualia ſunt* צָאָה גָּאַל בָּאַר מָאַן נָאַר פָּאַר
        - *Sex* verbis, particulariter (*i.e. extra præteritū*) *quæ ſ.* נָאָץ שָׁאַר נָעַר נָאַף תָּאַב תָּאָה *quibus add.* בָּעַר, *quod requirit compenſationem in Iuſinito* (§. 12.)

2. Articularis, *& in eo caſu notandum* de patach, *quod*
   - *aliquando maneat (§. 13.) nimirum ante* עחה *e.g.* הַהֵרֹכֵל (§. 14.) *Ubi tamen excipe*
     1. ע *& interdum quoq;* ח *non cametzatas proprie, e.g.* הָעוֹלוֹת (§. 15.)
     2. ה & ע *cametzatas in monoſyllabis, e.g.* הָעֹם (§. 16.)
     3. חָם & הָן *e.g.* חָם (§. 17.)
   - *aliquando mutetur in Camets, quod fit ante* א *e.g.* הָאִישׁ (§. 18.)

3. Compenſativi, *& hac ratione ſupra nominatæ vocales* Camets, tſere, cholem
   - *mutantur in oppoſitas parvas,* communiter, *e.g.* יִעֲשֶׂה *pro* יְעַשֶּׂה (§. 19
   - *non mutantur,* ſpecialiter *ante* ח *quando videlicet exiſtit*
     - tertia radicalis, *cujus ſecunda ſimilis eſt abjecta, e.g.* שַׁחוּ
     - ſecunda radicalis, *cujus prima Nun eſt abjecta, e.g.* נָחַם (§. 20.)

Propria, quæ ſit præcipue, ob augmentum ſyllabarum & accentuum deſcenſionem. Subjacent autem huic mutationi Vocales

1. Penultimæ Syllabæ, *videlicet*, Camets, Tſere, Segol ſequente Segol vel patach vicario, *quæ mutantur in ſcheva, e.g.* דָּבָר *â* דְּבָרִים, צֶלַע *â* צְלָעוֹת (§. 21. (*cui tamen non ſubjacet* Kamets.
   - 1. Impurum, (*quæ abjectam literam in ſe continet*) *e.g.* פָּרָשִׁים
   - 2. Stans ſub litera dageſſata fortiter *e.g.* בְּקַשָּׁתִי (§. 22.)
   - 3. Diſtinctivum,

2. Ultimæ Syllabæ *videlicet*

1. Segol *quod mutatur*
   - *in plurali numero in* ׳ *e.g.* מְלָכִים
   - *in duali & cum affixis in* (:) קַרְנַיִם
   - *in motione generis fœminini in* (:) מַלְכָּה *& ut dicetur, quandoq; in camets* (§. 23.)
2. Cholem purum, *quod etiam mutatur in* (:)
   - *in Verbis ſemper* פְּקֹד *â* פְּקֻדִי
   - *in Nominibus* quandoq; אַרְמֹנוֹת *ab* אַרְמוֹן (§. 24.)

3. Tſere & quidem
1. Purum. *Syllabam ſimplicem in medio conſtituere aptum. Hoc enim itidem mutatur in ſcheva, ſi nullum ſcheva vel camets præceſſerit.* פְּקֹד *â* פְּקֹדָה (§. 25.)
2. In Monoſyllabis, *Ubi ob varia accidentia variat. Nam*
   - *aliquando mutatur in Scheva,* בְּנִי *â* בֵּן
   - *aliquando manet,* זֵר *â* זֵרוֹת (§. 26.)

4. Patach *de quo ſciendum, quod ob conſtituendam ſyllabam*
- in Verbis, *mutetur in ſcheva,* פָּקְדָה *niſi ſequatur ſcheva expreſſum,* פָּקַדְתָּם
- in Nominibus
  - *vel requirat poſt ſe dageſch,* גַּלְגַּלִּים
  - *vel mutetur in camets,* גַּלְגָּלִים (§. 27.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0011
DFG

- I. SIMPLICITAS & COMPOSITIO (Memb. I. §. 1.) Est autem Syllaba triplex
  - 1. Simplex, in qua cum una Consonante occurrit una vocalis eaq; vel magna, e.g. דָּבָר / vel parva accentu notata, מוֹלֶדֶת (§. 3)
  - 2. Composita, in qua cum una Vocali duæ Consonantes concurrunt: explicitè אֶרֶץ / implicitè, ita ut una consonans lateat in dagesch forti, e.g. פִּקֵּד (§. 4.)
  - 3. Mixta, impropriè loquendo, in qua invenitur sine accentu, sine dagesch, una Consonans, & una Vocalis parva, sed quæ: vel stat ante literam dagessandam fortiter, e.g. שַׁחַת / vel habet meteg, e.g. וַאֲנִי (§. 5.)

- II. Compositionis MINISTER seu SCHEVA, : (Memb. II.) Est autem hic minister vel
  - Expressus qui occurrit
    - Sub litera initiali ubi notetur ejusdem: Officium, quod est, trahere literam sub qua stat ad subsequentem syllabam, e.g. פִּקֵּד (§. 2.) — Sonus, qui ex ratione ministerii videtur esse ille, qui est in reliquis linguis, e.g. plenus &c. (§. 3. Quia autem ejusmodi sonus sæpe impeditur â difficili combinatione literarum. Ideoq; Judæorum Dd. tradiderunt certas hac de re Regulas (§. 4.) (Quibus tamen non est opus quando combinatio est facilis) Sunt autem illæ.
      1. Scheva, ante gutturales, habet tendentiam ad sonum ejus Vocalis quæ sequitur, e.g. שֹׁאֵר (§. 5.)
      2. Ante Joth habet tendentiam ad I. e.g. (§. 6.) וַיִּרְעוּ Vajiduu.
      3. Ante alias literas habet tendentiam ad A. צְבָאוֹת Zabhaoth (§. 7.)
      4. Si accesserit Gajah legitur cum dilatatione שָׁאוּ (§. 8.)
    - Sub mediâ. Ubi literum notetur
      - 1. Officium, quod trahat literam suam ad syllabam
        - Præcedentem, (§. 10.) sc. quando præcedit vocalis parva, aut ei æquipollens magna accentu tonico notata, e.g. בְּיָתָהּ פִּקְּדוּ (§. 11.)
        - Sequentem, quando nimirum præcedit
          - vocalis magna, pura, seu quæ non habet accentum. פִּקְּדוּ
          - Scheva aliud, idq; expressum יִפְקְדוּ / subintellectum per dagesch
          - vocalis parva, per meteg determinata, (§. 12.) הַלְלוּ
      - 2. Sonus, qui talis est qualis fuit ab initio, & quando literæ non possunt connecti, habet etiam talem tendentiam qualem habuit ab initio.
  - Subintellectus, Cujus observetur
    - 1. Sedes, quæ est in omni literâ finali (exceptis quiescentibus, (§. 13.)
    - 2. Expressa scriptio, quæ est vel
      - in medio, nimirum in augmento vocis, ubi litera scheva subintellectum continens, nisi accipiat vocalem, ipsum scheva scriptum exhibet, e.g. פָּקַד פָּקְדָתְּ (§. 14.)
      - in fine
        1. in litera ה e.g. בְּרֵהּ (§. 15.)
        2. in literis, ברטפקת quando præcedit scheva aliud, aut ejus loco positum patach furtivum, e.g. שָׁמַחְתְּ אַל־תִּסְחָף (§. 16.) quibus literis Erpenius addit. ש & ג (§. 17.)
    - 3. Sonus, de quo notandum, quod
      - aliquando habeat tendentiam ad eam vocalem, quæ sequitur in alterâ dictione, nim. si scheva expresse ponatur, & sequatur gutturalis non interveniente accentu, e.g. שִׂמְחִי אֵלָיִךְ (§. 18.)
      - aliquando plane non debeat audiri, nim.
        - quando sequens dictio incipit â scheva נַפְתִּי אֱלֹהִים
        - quando sequitur pausa. וּבֵרְכָהּ: (§. 19.)

- III. MINISTRI. VICARIUS seu PATACH FURTIVUM, (Memb. III.) cujus notanda est sedes, quæ duplex
  - 1. Propria & genuina quam habet
    - 1. Communiter, sub literis ה ח ע finem dictionis facientibus, & quidem
      - tantum ante priores quatuor Vocales magnas, שָׁמֵעַ &c. (§. 1.)
      - non autem ante kamets, quamvis ex hoc videatur concludi posse ex voce תִּרְצַח quæ occurrit in Decalogo, nihil tamen est, quia duplex accentuatio requisivit utrumque & ר & ־ (§. 2.)
    - 2. Specialiter, sub ח & ע post vocales parvas, quando ratio formationis requirit ut ante ultimam literam scheva sit ponendum, e.g. יִחַר שָׁמַחְתָּ (§. 3.)
  - 2. Accidentalia & Impropria, quam accipit, quando vocalem propriam, cujus beneficio locum erat sortitum, extrudit & se substituit. In quo casu ad vocalium dignitatem evehitur, e.g. נִצָּמַח pro נִצְמְחוּ (§. 4.)

CAP. III. agit de SYLLABA De qua observanda sunt 4tuor

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0012
DFG

IN SCHEVA COMPOSITUM *Ubi notetur.*

I. COMPOSITIO שְׁ SCHEVA, *quæ fit, quando ad sui perfectionem assumit* { ־ ֲ ֱ ֳ } & est { ־ *Chatephpatach* ; ־ *Chatephsegol* (§.1.) ; ־ *Chatephkamets*

II. COMPOSITIONIS FUNDAMENTUM, *quod est* literarum gutturalium pronunciatio (§.2.) *Ubi observ. quod, sicuti gutturales ex hoc fundamento abhorrent à Scheva simplici, ita, cadente eodem fundamento, illud non omnino respuant* (§. 3.) Possunt itaq; ה ח ע in certis casibus assumere Scheva simplex, videlicet
1. *ante Iohr. e.g.* הָיָה
2. *post accentum tonicum e.g.* שָׁמַעְתֶּם (§.4.) בָּטָחְנוּ
3. *ante literas* בגרכנת *e.g.*

sub א, ר
1. In Futuro primo & quandoq; in Infinito *e.g.* אֶמֹר (§.7.) *Ubi simul nota, quod sub aliis literis in hoc tempore idem non obtineat, nisi expresse ponatur distinctionis ratio,* עָנוּ עָנוּ
2. In Futuro secundo sub א servili sequente vocali perfecta sub ר *e.g.* אֶזְרָה
3. In Nominibus incipientibus ab אלי & אלו *e.g.* אֱלֹהַּ (§.8.)
4. In certis vocibus *quales sunt* אָדָם אֱוִיל אֲיִל אֵשֶׁת אֲמוֹנָה אֱנוֹשׁ אֱנוֹ אֲחִי אֲיָלוֹת *& aliæ paucissimæ* (§.9.)
sub ע in tribus Vocibus עֲנוֹת עֲזוֹז עֲלִי (§.10.)
sub ה & ח in verbis חיה & היה *de quibus alio loco* (§ 12.

1. Chatephsegol *quod occurrit* — Abinitio *ubi est chatephpatach e.g.* §6 אַמַּרְתֶּם nisi ex alio principio assumatur — 1. Regulariter sub literis gutturalibus *& quidem*

2. Chatephkamets *quod invenitur*
1. quando scheva mutatur ex cholem *e.g.* אֹהֶל *ex* עָנִי חֳרִי חֳלִי *&c.* אָהֳלִים
2. in quibusdam Nominibus *videlicet*
magnam *e.g.* צָעֳקָה (*excep* אָהֳלָה)
parvam *constituentem syllabam compositam aut mixtam e.g* §.13 תַּחֲשׁוּ

In medio *ubi observetur.* — *In Specie* de catephpatach quod assumatur post vocalem
1. Patach - -] *requirit* יַאֲמִינוּ
2. Segol - -] אֶעֱשֶׂה (§.14.
3. Kametsparvum] הֶעָמֶר

Ingenere de quovis scheva composito, quod talis debeat esse compositio, qualem requirit vocalis parva præcedens. *Ea sisit*

4. Chirek parvũ, *mutatur.*
Cõmuniter *in segol* (*& ita requirit* ־ֶ) *e.g.* הָאֱמִין (§.15.)
Specialiter in patach (*& ita requiret* ־ַ) *videlicet* — In Futuro secundo;
1. quando existente prima radicali עחה 2da radicalis accipit cholem *e.g.* יַחֲבֹשׁ
2. quando primâ radicali existente ע secunda accipit segol. *e.g.* תַּעֲנֶה (§.16.)
In Præterito Conjugationis primę *passivæ, quando tertia radicali existente* ת *primæ radicali litera* נ *præfigitur e.g.* נַעֲשָׂה (§.17.)
5. Kybbuts *alternat cum kamets parvo, sub charactere tertiæ Conjugationis passivæ, (& ita requirit* ־ֻ) *e.g.* חֻעֲמַר *non* הֶעָמַר (§.17.)

III. PRÆCISA COMPOSITIONIS DETERMINATIO, ostendens. Ubi hæc vel illa compositio locum habeat. *Occurrit autem tale scheva compositum,*

2. Irregulariter, sub literis non gutturalibus, *quæ ea in parte gutturales sequuntur* (§. 20.) *non quidem ex necessitate, sed ob pronunciationem Et ita assumitur*
chateph patach
1. Sub non gutturalibus (extra בגרכפת) post Meteg pertinens ad Vau copulam præfixam Syllabæ schevatæ. e.g. וְזֹחַב (§. 21.)
2. Sub secunda radicali tertiæ simili, etiamsi occurrat litera בגרכפת *e.g.* רִבְבוֹת (§. 22.)
3. in aliis etiam locis. *e.g.* חֻבְרֹכוּ (§. 23.)
chatephkamets, quando scheva simplex mutatum est ex cholem *e.g.* אֳשַׁקְּרָה (§. 24.)

IV. VARIA שְׁ *SCHEVA COMPOSITI ACCIDENTIA qualia sunt,*
1. Resolutio in Scheva simplex (*sc. post literas serviles essentiales*) manente signo compositionis *e.g.* נֶהְפַּךְ *pro* נֶהֱפַךְ (§.15.)
2. Mutatio præcedentis Scheva, *ad præcedentem Syllabam non attracti,* in Vocalem parvam *e.g.* וַאֲנִי *pro* וְאֲנִי (§.26.)
3. Conversio in Vocalem parvam, *quæ competit* — *Generaliter* omni scheva composito, *quando sequitur aliud scheva expressum vel subintellectum e.g.* יַעַמְדוּ *pro* יַעֲמְדוּ — *Specialiter* תּ chatephpatach *quando præcedit gutturalis e.g.* הַעַת *pro* הֵעַת (§.27
4. Totalis abjectio, *quando scilicet chatephpatach & chatephsegol sub* א *præcedente, sub particula inseparabili patach vel segol, abjiciuntur, manente sub particula præcedente (si fuerit* ־ַ) *patach, (si verò* ־ֶ) *segol. e.g.* בֵּאלֹהִים *pro* בֶּאֱלֹהִים (§.28.) Ubi simul notetur *quod ipsum* א *in tali casu quandoq; abjiciatur, manente sub servili, vocali magna oppositâ, vel parvâ, sequente dageſch e.g.* לְהַכִּיל *pro* לְהַאֲכִיל (§.29.)
Alternatio *videlicet* — שְׁ Chatephpatach & Chatephsegol *quæ fit.* — 1. ob ו conversivum & accentum descendentem *e.g.* וְהָאֲכַלְתִּי *pro* וְהָאָכַלְתִּי (§.30.)
2. ob accedens aliquid *præsertim affixum, & distinctionis rationem e.g.* יֶאֱסְפֵנִי *pro* יֶאֱסֹפְנִי (§.31.)
שְׁ Chatephkamets & chatephpatach, *imprimis* ob vocalem magnam sub servilibus *e.g.* חֳעֲמַר *pro* הֶעָמַר (§.32.)

ANOMALIA MINISTRI seu שְׁ *SCHEVA (Membr. IV.) nihil aliud est quam mutatio ejusdem.*

IN VOCALEM PARVAM. De qua observand.
Generalis Regula: Duobus Schevaim concurrentibus, nec ad diversas syllabas attractis, pro priori assumitur. — Patach יַאֲסִיר — Segol אֶפְקֹד — Kametsparvum הָפְקַד
Quando autem assumatur ֲ *vel* ֱ *aut* ֳ *&c. docet analoga vocis flexio* (§.34.)
Speciales Notæ — 1. *Quod* posteriori scheva abjecto prius redeat *e.g.* פִּקְּדוּ *conf.* פְּקֹדָה (§.35.)
2. Quod in tali concursu literæ gutturales ad tempus cogantur assumere Scheva simplex (§.36.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn778431363/phys_0013
DFG

III.

- GENERALIS, *quando considerantur Accentꝰ* Universaliter & absolutè, *prout occurrunt in Scriptura S. (sine respectu diversorum librorum in quibus diversa conspicitur accentuatio,)* In hac Theoriâ, septem *de Accentibus* notanda veniunt. *nimirũ*
  - I. NATURA (*Membr. I.*) *cujus ratione Accentus est*
    - *vel* Euphonicus (*§. 1.*) *de quo agitur Infra. Memb. 7.*
    - *vel* Tonicus, *qui videtur eandem habere vim quam habet Acutus & Gravis in L. Græca, si extra contextum versus ponderetur,* (*§. 2.*) *non autem elevat syllabam, sed eam tantum aliquomodo suspendit.* (*§. 3.*) *Notetur simul hoc quod in qualibet dictione, unus tantum Accentus tonicus locum habeat, e.g.* בְּרֵאשִׁית *Unde si duo occurrant, certò concluditur alterum esse Euphonicum.*
  - II. SEDES (*Membr. II.*) *quæ est vel in ultimâ aut in penultimâ syllaba* (*§. 1.*) Ad cujus solidiorem cognitionem cõsiderandæ sunt
    - Voces eæque.
      - *vel* nativæ *seu verè Hebrææ*, quæ distinguuntur *in*
        - Monosyllabas, *in quibus de sede accentuum non est dubitandum.* (*§. 3.*)
        - Polisyllabas, *in quibus sedes Accentus est*
          - *vel* in ultimâ, *scilicet* eâ existente magnâ *e. g.* דָּבָר (*§. 4.*) *Ubi observandũ*, quod hoc in casu quædam vocales parvę magnas imitentur, nimirũ,
            1. Patach finale proprium. אוֹצַר פָּקַד (*§. 5.*)
            2. Segol ante ח radicale quiescens, *e.g.* רִחְאָה (*niſi præcedat ſegol, e.g.* לֶחֶם (*§. 6.*)
            3. Segol in Verbis post chirek, *e.g.* דִּבֶּר (*§. 7.*)
            4. Segol in quadratis, *i.e. quæ habent quatuor radicales, e.g.* בִּרְזֶל (*§. 8.*)
            5. Segol ante ם & ן serviles. *e.g.* פִּקְּדָתִם (*§. 9.*)
          - *vel* in pẽultima, *videlicet*, ultimâ existente parva *e. g.* עֲבַר נַפְשִׁי (*§. 10.*) Parvas vocales hac in parte imitantur etiam aliæ *nempe*
            1. Affixa נִי נוּ (*niſi præcedat ſcheva*) מוֹ נָה הוֹ *e.g.* רַבָּרְיָה (*§. 11.*)
            2. Affixum הָ secundæ personæ *in certis casibus, videlicet*
               1. præcedente tertia fœminina præteriti *e.g.* פִּקְּדָתָה
               2. præcedẽte, aut quiescente *etiamsi intercedat Nun epentheticum, e.g.* יְשַׁבְּחוּנָךְ (*§. 12.*)
            3. ח locale & paragogicum in Nominibus pronominibus & Particulis *e.g* מְזֻרְחָה צָפְנָה (*niſi præcedat geminum ſcheva* מִזְרָחָה (*§. 13.*)
            4. Terminationes verbales נָה נוֹת תִי *e.g.* פִּקְּדָנָה (*§. 14.*)
            5. ח paragogicum in Futuris Verborum, in quibus abjecta est
               - *vel* secunda radicalis tertiæ similis, נָבְזֶנָּה
               - *vel* secunda radicalis (*ut plurimũ*) אָקוּמָה *item* קוּמָה (*distinctionis rationem suppeditat intimior accentuum cognitio. sc. in Futuro primo, nam de futuro secundo non est controversia.* (*§. 14.*)
            6. י ו (*non accedente* נ *paragog.*) in verbis, in quibus abjecta est secunda (*radicalis*)
               - vel tertiæ similis *e.g.* סִבִּי
               - vel vau, *e.g.* קוּמוּ, (*quæ tamen patiuntur exceptionem* (*§. 15.*)
            7. Verba Conjugationis tertiæ. *Nam ubicunq; (extra participium & Nun paragog.) est chirek magnum, ibi est quoq; Accentus* תִּפְקְדִי (*§. 16.*)
            8. Joth paragogicum in Nomine non participiali, *e. g.* שָׂרָתִי (*quod Joth distinguendum à Joth affixi, & à Joth aucti, e.g.* חָפְשִׁי (*§. 17.*
            9. Terminatio וֹ in Nominibus non assumentibus ת *e.g.* רָתְחוֹ (*§. 18.*
        - Vel peregrinæ, *de quibus consulendus est usus, e.g.* אַרְתַּחְשַׁשְׂתְּ (*§. 19.*)
    - Regulæ *quædã generales*
      1. Sedes Accentum optimè cognoscitur ex naturâ Vocalium. *e.g.* סָלָה (*§. 20.*)
      2. Vox una & eadem, aliter atq; aliter accentuata, aliam sortitur significationem, *e.g.* תְּשָׁמֵר *cave* תִּשָּׁמֵר *mane in fecibus.* (*§. 21.*)
